

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Articulus III. An voluntas moveatur à principio extrinseco?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

7. **Quintus.** Potentia loco - motiva despoticè subest appetitui tam rationali quam sensitivo: quia non tantum homo, sed etiam bruta pro suo libitu ab uno loco in alium moventur.

§. II.

Voluntatis motio erga seipsum.

8. **CONCLUSIO secunda.** Voluntas etiam ex cuiusè moveat seipsum. S. D. a. 3. Ratio est: Illa potentia moveat seipsum, qua seipsum per propriam & præviā operationem determinat ad aliū actū eliciendum, sicque seipsum redigit de potentia in actū: sed voluntas per præviā intentionem finis seipsum applicat & determinat ad electionem mediorum: ergo voluntas moveat seipsum.

9. **Dices primò.** Perfectior potentia effectivè moveat potentiam minus perfectam: quia movere est perfectius, quam moveri: sed intellectus est potentia perfectior, quam voluntas: ergo non intellectus à voluntate, sed voluntas ab intellectu efficienter moveri debet.

Resp. negando maj. quia perfectius est moveare directè, quam effectivè; cùm igitur intellectus directè moveat voluntatem in genere causæ formalis extrinseca, est in genere movendi simpli-

citer perfectior, quam voluntas. Et sic ad proportionem, moveat perfectius est quam moveri, in quo genere moventur, concedo; in alio, nego. Et h[ic] voluntas in genere causæ efficienter movens est perfectior, quam intellectus; quia tamen in genere causæ directivæ voluntas movesur ab intellectu, ideo intellectus est absolute perfectior quam voluntas, cùm totum genus motionis directivæ sit perfectius genere motionis effectivæ.

Dices secundò. Causa efficientis agit per physicum influxum; sed voluntas non habet physicum influxum in alias potentias, ergo ipsa non moveat efficienter.

Resp. disting. min. voluntas non habet physicum influxum in alias potentias, à proprio actu distinctum, & formaliter transirent, concedo; indistinctum, & tantum virtualiter transirent, nego. Neque enim necessit[er] est fingere non modum vel motum aliis potentias à voluntate implexum, ut facit Gonet h[ic] dis. 5. a. 1. cùm hoc alia potentia à voluntate sufficienter moriri & determinari intelligentur, quod anima per actum voluntatis seipsum determinat ad eidem operationes aliarum potentiarum, qui in eadem anima substantia voluntati connaturaliter subordinatae radicantur.

ARTICULUS III.

An voluntas moveatur à principio extrinseco.

SUMMARIUM.

1. *Status questionis.*
2. *Voluntas non potest physicè moveri à principio creato.*
3. *Voluntas à DEO moveatur ad primum actū.*
4. *Hec motio est physica.*
5. *Eftq[ue] concursus non tantum generalis, sed specialis.*
6. *Ideo primus actus voluntatis semper est bonus.*
7. *Nec inde voluntati inferitur necessitas.*
8. *Objetum prime voluntis est bonum ut sic.*

§. I.

Excluditur motus à principio creato.

1. **D**upliciter potest intelligi quæstio. Primò: utrum ad omnem operationem voluntatis requiratur, ut voluntas præmoveatur à DEO, tanquam principio exteriori, per physicam prædeterminationem? Secundò: utrum omnium prima operatio voluntatis [constat enim ex dictis, quod voluntas in suis operationibus ad invicem subordinatis possit seipsum moveare ab uno actu ad aliū] reducenda sit in DEUM ab extrinseco specialiter moveantem & excitantem? Intentio S. D. h[ic] a. 6. procedit in secundo sensu. Unde, supposita doctrina prædeterminationis physicæ jam prius traditâ, pro secundâ quæstionis resolutione sit

2. **CONCLUSIO prima.** Non potest voluntas physicè moveri ab aliquo principio extrinseco creato. S. D. a. 6. in c.

Ratio ipsius est: Sicuti motus naturalis, qui est à principio intrinseco naturæ, non potest esse ab

aliquo principio extrinseco, quod non sit causa ipsius naturæ, (ideo motus gravium v. g. generanti adscribitur) sic etiam motus voluntatis, qui similiter est à principio intrinseco, non potest esse effectivè ab alio principio extrinseco, quam quod sit causa voluntatis, eandem in se virtute continens: hoc ipso enim potest dare & ratione nent entis & rationem voluntarii: aqua nulla creatura est causa humana voluntatis: ergo nullus motus voluntatis effectivè potest esse ab aliquo exteriori principio creato.

§. II.

Statuitur motus voluntatis à principio increato.

CONCLUSIO secunda. Voluntas ad primum actū, seu volitionem efficienter moveatur à DEO. S. D. ibid. Ratio est: Voluntas vel movesur à seipso, vel à DEO: non à seipso, ergo à DEO. Minor probatur. Intantum aliquid moves, in quantum est in actu; sed respectu sua prima volitionis voluntas non est constituta in actu: ergo ad primam volitionem non movesur ipsum. Min. constat: quia voluntas est in actu ratione alicuius proprii actus: sed prima volitione nullus actus præsupponitur: ergo. Addi: quod primus motus adscribitur generanti: ergo & prima volitio adscribitur DEO.

Hinc sequitur primò: Hanc motionem efficit non tantum moraliter sed physicam. Primo: quia voluntas ad primum volitionem nec physicæ nec mortaliter est in actu. Secundò: quia in actu

instinctus DEI (ita appellat S. D. motionem diversam) supplet influxum, quo voluntas seipsum applicat ad operandum: sed ille influxus non est tantum moralis, sed physicus: ergo etiam illa prima motio & influxus DEI. Tertiò: quia præmotio, quā Deus cœa causa prima causas secundas ad operandum determinat, est physica: sed ita DEI motio est talis præmotio: ergo,

Sequitur secundò: DEUM ad primam volitionem non tantum concurrere concursum generali, sed etiam speciali: quia tunc est concursus specialis, quando in nullam aliam causam motorem & applicantem effectus reducitur: sed prima voluntio non potest reduci in aliam causam quam DEUM: ergo DEUS specialiter causat primam motionem voluntatis. Unde

Sequitur tertio. Primum actum voluntatis semper esse bonum: quia DEUS non potest esse specialis author actus mali, prout supra in tract. de Ang. fuit dictum. Nec obest, quod homo in primo instanti usus rationis aliquando peccet, non enim peccat in primo instanti initiato usus

rationis, sed completivo. Ut ibidem explicui.

Sequitur quartò. Illam DEI motionem nul-

lam inferre necessitatem; quia, ut inquit S. D.

q. 10. a. 4. ad 1. voluntas divina non tantum se

extendit, ut aliquid fiat per rem, quam moveat, sed

ne etiam eo modo fiat, quo congruit natura ipsius.

Sequitur quintò. Illam primam volitionem,

ad quam DEUS specialiter moveat, esse de bono ut

sic: prout docet S. D. q. 9. a. 6. ad 3. DEUS,

inquit, moveat voluntatem hominis, sicut universalis

motor ad universale objectum voluntatis, quod

est bonum: & sine hac universalis motione homo non

poteat aliquid velle &c.

Dices: Si DEUS moveat ut motor universalis,

ergo non ut causa specialis. Resp. DEUS ad

mentem S. Doctoris moveat ut motor universalis,

universalitate sui, qui nempe est amor boni in

communi & universaliter sumpti communis o-

mibus hominibus, concedo; universalitate cau-

salitatis, prout motor universalis denotatur à

concurso cum omni physica causalitate cause se-

cundæ, sic nego.

ARTICULUS IV.

Quænam sit coordinatio actuum humanorum?

S U M M A R I A.

1. Tercius actus voluntatis circa finem.
2. Tertium circa media ad finem.
3. Simplex complacenta.
4. Efficax intentio.
5. Consilium.
6. Confusus.
7. Electio.
8. Imperium practicum intellectus.
9. Usus.
10. Frustratio.
11. In bruis nulla intentio & consilium.
12. De speculabilibus non est consilium.
13. Neque de certis.
14. In DEO consilium datur tantum quoad sententiam de agendis.
15. Angelis convenit consilium quoad inquisitionem in supernaturalibus.
16. Eodem actu possunt attingi finis & media.

§. I.

Oeconomia humanorum actuum.

V Oluntatis actus, diversis actibus intellectus intermixti, alii sunt circa finem, alii sunt circa media ad finem. Tres sunt circa finem, videlicet simplex voluntio, intentio, fruicio; quia tot diversis modis voluntati finis objici potest. Nam primum finis vel præcisè ratione bonitatis cognite movere voluntatem, & sic terminat simplicem voluntatem: quia simpliciter actus potest in id, quod est secundum se objectum potest: hoc autem est bonum propter se voluntum. Secundo finis objici potest voluntati sub formalizatione finis, prout est ratio volendi media; siue terminat intentionem. Tertiò potest esse objectum voluntatis tanquam obtentus & praesens, quo modo terminat actum delectationis & gaudii, qui, si sit de fine perfecto & ultimo, propriè vocatur fruicio.

R.P. Mezz. Theol. Schol. Tom. II.

Tres sunt pariter actus voluntatis circa media ad finem: consensus, electio, & usus. Vel enim voluntas in intentione amplectitur media per intellectum proposita simpliciter & absolute absque comparatione vel assumptione unius mediæ præ alio: vel amplectitur cum tali comparatione & assumptione. Si primum, dicitur consensus; si secundum, dicitur proprie electio: vel tandem impellit & applicat in executione potentias sibi subiectas ad ponenda media: & hæc applicatio dicitur usus.

Ut porrò perspiciat melius natura istorum actuum, & cordo, quem in iis voluntas tenet, primam finis cognitionem sequitur simplex voluntio, quæ sœp voluntas, & simplex complacenta vocatur; actus inefficax, quo virius & in hæc probatur; pietas laudatur, & aliter: ipsique improbi virtutis pulchritudinem demirantur, nec tamen ad illam prosequendam efficaciter permoventur. Rectè describitur: Actus complacentia, quo voluntas amat finem secundum se, sine ordine ad media.

Secundò: Repræsentationem cum ordine ad media consequitur efficax intentio finis, quæ est actus voluntatis tendens in finem, ut est ratio volendi media, seu quatenus est aequalibilis per illa. Unde in intentione finis ipsa quoque media virtualiter appetuntur. Et quanquam SS. PP. in modo loquendi videntur aliquando intentionem actibus intellectus annumerare, uti cum Bernardus inquit, affectio in voluntate, intentio in ratione consilii, hoc tamen non est intelligendum subiectivè, sed præsuppositivè, quia intentio actum intellectus præsupponit; vel aliquando meta-phorice, quod, sicut attentio rationis dirigit operationes, ita intentio voluntatis bonitatem, auctoritatem derivet in humanas actiones.

Intentio prædicta determinat rationem ad con-

sultan-

L 2